

## Prologus in Bibliam

Severus p. 1710. Biber. 1710

**I**ncipit epistola beati Hierony-  
mi ad Paulinū presbyteri de om-  
nibus diuine historie libris. Ca. I.

**P**ater ambrosius tua mihi munuscula perferēs: detulit simul et suauissimas litteras: que a principio amicitiarū fidē probate iam fidei et veteris amicitiam noua preferēbat. Vera enim illa necessitudo est et christi glutino copulata: quā nō vtilitas rei familiaris: nō presentia tū corporū: nō subdola et palpās adulatio: sed dei timor et diuinarum scripturarū studia cōciliāt. Legimus in veteribus historiis quosdam lustrasse prouincias: nouos adūisse populos: maria transisse: vt eos quos ex libris nouerant: coram quoque viderent. Sic pythagoras mēphiticis vates: sic plato egyptū et archytā tharentinū: eamque orā italie que quondam magna grecia dicebatur: laboriosissime pagrauit. vt quod athenis mgerat et potēs: cuiusque doctrinas academiae gymnasia personabant: fieret peregrinus atque discipulus: malens aliena velle recunde discere quam sua impudenter ingerere. Venitque cū litteras quasi toto orbe fugientes persequitur: captus a piratis et venundatus: tyrāno crudelissimo paruit: ductus captiuus vincitus et seruus: tamēque pbs maiore mente se fuit. Ad titū liuium lacteo eloquētie fonte manantē: de vltimis hispanie galliarūque finibus: quosdam venisse nobiles legimus: et quos ad cōtemplationē sui roma nō traxerat: vnius hoīs fama perduxit. Habuit illa etas inauditū omnibus seculis celebrandūque miraculum: vt vrbē tam ingressi aliud extra vrbem quererent. Apollonius siue ille magus vt vulgus loquitur siue phis: vt pythagorici tradūt: intrauit per sas: petransiuit caucasum: albanos scytas massagetas: opulentissima india magna penetrauit et ad extremū latissimo phison amne transmissio peruenit ad brachmanas: vt hiarcham in throno sedentem aureo et detantali fonte potantē. inter paucos discipulos: de natura de moribus: ac de cursu dierū et siderū audire docentē. Inde per elamitas: babilonios: chaldeos: medos as-

syros: parthos: syros: phenices: arabes. palestinos: reuersus ad alexandriam: prexit ad ethiopiam: vt gymnosophistas et famosissimam solis mensam videret in sabulo. Inuenit ille vir ubique quod disceret: et semper proficiens: semper se melior fieret. Scripsit super hoc plenissime octo voluminibus philostratus. II.

**Q**uid loquar de seculi hominibus cum apulus paulus vas electionis et magister gentium: qui de cōscientia tāti in se hospitis loquebatur dicens: An experimentū queritis eius qui in meloquie chistus: post damascū arabiamque lustrata ascendit hierosolimā vt videret petrū et mansit apud eum diebus quindecim. Hoc enim mysterio hebdoadis et ogdoadis futurus gentium predicator instruendus erat. Rursumque post annos quatuordecim assumpto Barnaba et tito: exposuit cum apulis euangelium ne forte in vacuum curreret aut cucurrisset. Habet nescio quid latētis energie viue vocis actus: et in aures discipuli de autoris ore transfusa fortius sonat. Unde et eschyrius cum rhodi exularet et legere illa demosthenis oratio: quā aduersus eum habuerat mirantibus cunctis atque laudantibus suspirans ait. Quid si ipsam audissetis bestiam: sua verba resonantem. III.

**N**ec hoc dico: quod sit aliquid in meta: le: quod vel possis a me audire vel velis discere: sed quo ardor tuus et discendi studium etiam absque nobis perse probari debeat: ingenium docile et sine doctore laudabile est. Non quid inuenias sed quid queras consideramus. Nullis cera et ad formandū facilis: etiam si artificis et plaste cessent manus: tamē virtute totū est quicquid esse potest. Paulus apulus ad pedes gamalielis legem moysi et prophetas didicisse se gloriatur: vt armatus spiritualibus telis: postea doceret confidenter. Arma enim nostre militie non carnalia sunt sed potentia dei: ad destructionem munitionum: et cogitationes destruentes et omnem altitudinem extollentē se aduersus scientiam dei: et captiuantes omnem intellectū ad obediendum christo: et parati subiugare omnem inobedientiam. Timotheum scribit ab infantia sacris litteris eruditū et hortat ad studiū lectionis: ne negligat gratiam que data sit ei per impositionem manus presbyterij. Tito precipit vt iter ceteras virtutes epi quas breui sermone depinxit: scientiam quoque non negligat scripturarum obtinentē inquit eum qui secundum doctrinam est

fidelem s̄monē vt potēs sit exhortari in do-  
ctrina sana: ⁊ tradicētes reuincere. III

**S**ancta quippe rusticitas solum sibi  
pdest: ⁊ q̄tū edificat ex vite meri-  
to ecclesiā christi: tantū nocet si de-  
struentibus nō resistat. Malachias ppha  
immo per malachiā dñs interrogauit sacer-  
dotes legē. Intantū sacerdotis officū est,  
interrogatū respondere de lege. Et in deu-  
teronomio legimus. Interroga patrē tuū ⁊  
annūciabit tibi: maiores tuos ⁊ dicent ti-  
bi. In psalmo quoq; cētesimo decimoocta-  
uo. Cantabiles mihi erāt iustificatōnes tue  
in loco peregrinationis mee. Et in descrip-  
tione iusti viri: cū eū arbori vite dauid que  
est in paradiso cōparer: inter ceteras virtu-  
tes hoc etiam intulit. In lege dñi voluntas  
eius: ⁊ in lege eius meditabitur die ac nocte.  
Daniel in fine sacratissime visionis ait: iu-  
stos fulgere quasi stellas: et intelligentes: i.  
doctos quasi firmamentū. Vides q̄tum in-  
ter se distāt iusta rusticitas ⁊ docta iusticia.  
Alij stellis: alij celo cōparantur. Quāquā  
iuxta hebraicā veritatē: vtrumq; de erudi-  
tis possit intelligi. Ita em̄ apud eos legim⁹  
Qui aut̄ docti fuerint fulgebunt quasi splē-  
dor firmamenti: ⁊ qui ad iusticiam erudiūt  
multos: quasi stelle in perpetuas eternita-  
tes. Cur dicitur Paulus apostolus vas ele-  
ctionis: Rempe q; vas legis ⁊ scripturarū  
sanctarū erat armariū. Pharisei stupent in  
dñi doctrina: et mirant̄ in Petro ⁊ Johan-  
ne quō legem sciunt: cū litteras non didice-  
rint. Quicquid em̄ alijs exercitatio ⁊ quo-  
tidiana in lege meditatio tribuere solet: il-  
lis hoc spiritus sanctus suggerebat. Et erāt  
iuxta qd̄ scriptū ē: docibiles deo. Quodeci-  
annos saluator impleuerat: et in templo se-  
dens de questionib⁹ legis interrogās: ma-  
gis docet dū prudēter interrogat. Nisi for-  
te rusticū petrū: rusticū iohannē dicimus:  
quorū vterq; dicere poterat: ⁊ si imperitus  
sermone: nō tamē sciētia. Iohānes rusticus  
piscator indoct⁹. Et vnde illa vox obscuro  
In principio erat verbū ⁊ verbū erat apud  
deū: ⁊ deus erat verbū. Logos grece mul-  
ta significat. Nam ⁊ verbum est: et ratio: et  
supputatio: ⁊ causa vniuscuiusq; rei p̄ quaz  
sunt singula que subsistūt: que vniuersa re-  
cte intelligimus in christo. V

**H**oc doctus plato nesciuit: hoc de-  
mosthenes eloquēs ignorauit: per-  
dam inquit sapientiā sapientium et  
prudentiā prudentiū reprobabo. Vera sa-  
pientia perdet falsam sapientiā: ⁊ q̄q; stul-

ticia predicationis in cruce sit tamē paulus  
sapientiā loquitur inter perfectos. Sapien-  
tiā autē nō seculi istius que destruitur: nec  
pncipū huius seculi: sed loquitur dei sapi-  
entiā in mysterio absconditā: quā predesti-  
nauit deus ante secula. Dei sapientia chri-  
stus est. Christus em̄ dei virtus et dei sapi-  
entia. Hec sapientia in mysterio abscondita ē  
de qua ⁊ noni psalmi titulus prenotat pro-  
ocultis filij: in quo sunt omnes thesauri sa-  
pientie ⁊ scientie dei absconditi. Et qui in  
mysterio absconditus erat: predestinatus  
est ante secula: predestinatus aut̄ ⁊ presigu-  
ratus in lege ⁊ prophetis. Unde ⁊ prophe-  
te appellabantur videntes: quia videbant  
eum quē ceteri nō videbant. Abram vidit  
diem eius ⁊ letatus est. Aperiēbantur celi  
ezechieli: qui populo peccatori clausi erant.  
Reuela inquit dauid oculos meos: et con-  
siderabo mirabilia de lege tua. Lex em̄ spi-  
ritualis est: ⁊ reuelatione opus est vt intel-  
ligatur: ac reuelata facie dei gloriā contem-  
plemur. Liber in apocalypsi septē sigillis si-  
gnatus ostenditur quē si dederis homi sci-  
enti litteras vt legat: respondebit tibi. Non  
possum. Signatus est enim. Quanti hodie  
putant se nosse litteras: tenēt signatū libru  
nec aperire possunt: nisi ille reserauerit qui  
habet clauē dauid: qui aperit et nemo clau-  
dit: claudit et nemo aperit. In actibus apo-  
stolorū: sanct⁹ eunuchus imo sanctus vir.  
sic em̄ eum sancta scriptura cognominat: cū  
legeret esaiam pphetā interrogatus aphi-  
lippo: putas ne intelligis quē legis? rñdit.  
Quomodo possum nisi aliquis me docue-  
rit? Ego vt de me loquar interim nec sancti-  
or sum hoc eunuchus: nec studiosior qui de  
ethiopia. i. de extremis finibus mundi: ve-  
nit ad templum: reliquit aulam regiā: ⁊ tan-  
tus amator legis fuit diuine atq; scientie.  
vt etiam in vehiculo litteras legeret sacras.  
Et tamen cum libru teneret: ⁊ verba domi-  
ni in cogitatione conciperet: lingua volue-  
ret: labijs personaret. Ignorabat eum quē  
in libro nesciens venerabatur. Venit phi-  
lippus ostendit ei iesum: qui clausus late-  
bat in littera. Omnia doctoris virtus. Ea-  
dē hora credidit eunuchus: baptizaf. fide-  
lis et sanctus magister efficitur de discipu-  
lo plus in deserto fonte ecclesie q̄ in aura/  
to synagoget templo reperit. VI

**H**ec a me perstricta sunt breuiter: ne-  
q; em̄ epistolaris angustia euagari  
longius patiebatur: vt intelligeres  
te in scripturis sacris sine p̄uio: ⁊ mostrā-

# Prologus in Bibliam

te semita: nō posse ingredi. Taceo de gram-  
maticis: rhetoricis: phis: geometricis: dia-  
leticis: musicis: astronomicis: astrologis:  
medicis: quorum scientia mortalibus satis  
vel vtilissima est et in tres partes sci-  
ditur: in doctrinā rationem et vsum. Ad minores  
artes: veniā: et que non tam lingua q̄ manu  
administrantur. Agricole: cementarij: fabri  
metallozū: lignozū q̄ cesozes: lanarij quoq̄  
et fullones: et ceteri qui variā suppellectilem  
et vilia opuscula fabricāt: absq̄ doctore esse  
nō possunt qd̄ cupiunt. Ad medicozū est p-  
mittunt medici: tractant fabrilia fabri. So-  
la scripturarū ars est: quam sibi passim om-  
nes vendicant. Scribimus indocti: docti:  
q̄ poemata passim. Hanc garrula an? hanc  
delirus senex. hanc sophista verbosus. hanc  
vniuersi presumūt: lacerant: docent anteq̄  
discant. Alij abducto supcillio gr̄ adia ver-  
ba trutinantes: inter mulierculas de sacris  
litteris philosophantur. Alij discūt proch-  
pudora feminis qd̄ viros doceant: et ne pa-  
rū hoc sit quadam facilitate verbozū: imo  
audacia edisserunt alijs: qd̄ ipsi non intelli-  
gunt. Taceo de meis similibus: qui si forte  
ad scripturas sanctas post seculares litte-  
ras venerint et sermone cōposito aures po-  
puli mulserint: quicquid dixerint hoc legez  
dei putant. Nec scire dignantur quid pphe-  
te: quid apostoli senserint: sed ad sensum su-  
um incōgrua aptant testimonia: quasi gr̄ /  
desit et nō viciōsissimū dicēdi genus depra-  
uare sententias: et ad voluntatez suā sacram  
scripturā trahere repugnantē. Quasi nō le-  
gerimus homerocentonas et virgiliocento-  
nas: ac nō sic etiā et maronē sine christo pos-  
simus dicere christianū: quia scripserit. Jā  
redit et virgo: redeunt saturnia regna. Jam  
noua pgenies: celo demittitur alto. Et pa-  
trē loquentē ad filiū. Nate mee vires: mea  
magna potentia solus. Et post verba salua-  
toris in cruce. Talia perstabat memorans,  
fixusq̄ manebat. Puerilia sunt hec: et circu-  
latorū ludo similia: docere qd̄ ignores imo  
vt cū stomacho loquar: nec hoc quidē sci-  
re qd̄ nescias.

VII

**U**idelicet manifestissima est genesis  
in qua de creatura mundi: de exor-  
dio generis humani: de diuisione ter-  
re: de confusione linguaz: de descensione  
vsq̄ ad egyptū scribitur hebreozū. Patet ex-  
odus cum decem plagis: cum decalogo: cū  
mysticis diuinisq̄ preceptis. In promptu  
est leuiticus liber in quo singula sacrificia,  
immo singule pene syllabe et vestes aaron:

et totus ordo leuiticus spirant celestia sacra-  
menta. Numeri vero nōnne totius arithme-  
tice: et prophetie balaam: et quadragintadu-  
arum mansionū per heremum mysteria cō-  
tinent. Deuteronomium vero secunda lex:  
et euangelice legis prefiguratio: nonne sic ea  
habet que priora sunt: vt tamen noua sint  
omnia de veteribus. Hucusq̄ moyses: huc  
vsq̄ pentatheucus: quibus quinque verb lo-  
qui se velle apostolus in ecclesia gloriatur.  
Job exemplar patientie que non mysteria  
suo sermone cōplectitur. Prosa incipit: ver-  
su labitur: pedestri sermone finitur: omēsq̄  
leges dialectice: propositione: assumptione:  
confirmatione: p̄clusionē determinat. Sin-  
gula in eo verba plena sunt sensibus: et vt  
de ceteris fileam resurrectionem corporum  
sic prophetat: vt nullus de ea manifestus  
et cautius scripserit. Scio inquit q̄ redem-  
ptor meus viuit: et in nouissimo die de ter-  
ra resurrecturus sum: et rursus circūdabor  
pelle mea: et in carne mea videbo deū quem  
visurus sum ego: et oculi mei conspectu-  
ri sunt et nō alius. Reposita ē hec spes mea  
in sinu meo. Veniā ad iesum naue: qui ty-  
pum domini nō solum in gestis: verū etiam  
in nomine prefert. Transit iordanem: hosti-  
um regna subuertit: diuidit terram victori  
populo: et per singulas vrbes: viculos: mō-  
tes: flumina: torrentes atq̄ confinia eccle-  
sie: celestisq̄ hierusalem spiritualia regna  
descripsit. In iudicū libro quot principes  
popli tot figure sunt. Ruth moabitidis esaię  
explet vaticiniū dicentis. Emitte agnū do-  
mine dominatorem terre: de petra deserti  
ad montem filie syon. Samuel in heli mor-  
tuo et in occisione saul veterem legē abolitā  
monstrat: porro in sadoch atq̄ dauid noui  
sacerdotij nouisq̄ iperij sacra testat. Ma-  
lachim. i. tertius et quartus regum libera  
Salomone vsq̄ ad iechoniam: et a hiero-  
boam filionabath vsq̄ ad osee qui ductus  
est in assyrios: regnum iuda et regnum de-  
scribit israel. Si hystoriam respicias verba  
simplicia sunt: si in litteris sensum latentem  
inspexeris: ecclesie paucitas et hereticorum  
contra ecclesiam bella narrantur. Quode-  
cim prophete in vni? voluminis angusti-  
as coartati: multo aliud q̄ sonāt in litte-  
ra prefigurant. Osee crebro nominat effra-  
im: samariam: ioseph: iezael: et vxorem for-  
nicariam et fornicationis filios: et adulteraz  
cubiculo clausam mariti: multo tempore se-  
dere viduam: et sub veste lugubri mariti ad-  
fereditum prestolari. Iobel filius Fatuel

describit terram duodecim tribuum: eruca  
brucha locusta rubigine vastante consum-  
ptam: et post euerisionem prioris populi ef-  
fusum iri spiritum sanctum super seruos del-  
et ancillas: id est super ceterum viginti creden-  
tium nomina: et effusum iri in cenaculo sion.  
**Qui** centum viginti ab vno vsq; ad quin-  
decim paulatim et per incrementa surgen-  
tes: quindecim graduum numerum effici-  
unt: qui in psalterio mystice continentur.  
**Amos** pastor et rusticus et ruborum mora  
distingens paucis verbis explicari non po-  
test. **Quis** enim digne exprimat tria et qua-  
tuor scelera damasci et gaze: tyri et idumee.  
et filiorum **Amon** et moab: et in septimo et  
octauo gradu iude et israel **Hic** loquitur ad  
vaccas pingues que sunt in samarie mon-  
te: et ruituram domuz maiorem minoremq;  
testatur. **Ipsa** cernit victore locuste: et stan-  
tem dominu super murum litum vel adaman-  
tinum et vnicu pomoru attrahentem sup-  
plicia peccatoribus: et famem in terra: non  
fame panis nec sitim aque: sed audiendi ver-  
bum dei. **Abdias** qui interpretatur seruus  
domini peronat contra edom: et sanguine-  
um terrenumq; fratrem: fratris quoq; **Ja-  
cob** semper emulum hasta percudit spiritali  
**Jonas** pulcherrima columba: naufragio  
suo passionem domini prefigurans: mundu  
ad penitentiam reuocat: et sub nomine ni-  
niue gentibus salutem nunciat. **Micheas**  
demorasthi coheres christi vastationez an-  
nunciat filie latronis: et obsidionem ponit  
contra eam: quia maxillam percusserit iu-  
dicis israel. **Naum** consolator orbis incre-  
pat ciuitatem sanguinum: et post euerisionez  
illius loquitur. **Ecce** super montes pedes  
euangelizantis et annunciantis pacem. **Ab-  
chuc** fluctator fortis et rigidus stat super cu-  
stodiam suam: et figit gradum super muniti-  
onem vt christum in cruce contempletur: et  
dicat. operuit celos gloria eius et laudis ei-  
p'ena est terra. splendor eius vt lux erit: cor-  
nua in manibus eius: ibi abscondita est for-  
tudo eius. **Sophonias** speculator et arca-  
norum dei cognitor: audit clamorem a por-  
ta piscium et eiulatum a secunda: et contriti-  
onem a collibus. **Inducit** quoq; vlulatum  
habitatoribus pile quia conticuit omnis po-  
pulus chanaan: dispersi sunt vniuersi qui  
inuoluti erant argento. **Aggeus** festiuus et  
letus: qui seminauit in lachrymis vt in gau-  
dio meteret: destructum templum edificat:  
deumq; patrem inducit loquentem. **Adhuc**  
vnu modicumq; et ego comouebo celum et

terram et mare et aridam: et mouebo omnes  
gentes et veniet desideratus cunctis gentibus.  
**Zacharias** memor dñi sui multiplex in pro-  
phetia iesum vestibus sordidis indutum et  
lampadem oculorum septem: cadela brum-  
q; aureum cum totidem lucernis quot oculis:  
duas quoq; oliuas a sinistris lampadis  
cernit: et a dextris: vt post equos rufos ni-  
gros varios et albos: et dissipatas quadri-  
gas ex effraim et equum de hierusalem: pau-  
perem regem vaticinetur: et predicet seden-  
tem super pullum filium asine subiugalis.  
**Malachias** aperte et in fine omnium pro-  
phetarum de abiectione israel et vocatione  
gentium. **Non** est mihi ait voluntas in vo-  
bis dicit dominus exercituum: et munus non  
suscipiam de manu vestra. **Ab** ortu eni so-  
lis vsq; ad occasum magnum est nome me-  
um in gentibus: et in omni loco sacrificatur  
et offertur nomini meo oblatio munda. **Esai-  
am:** hieremiam: ezechiel: et daniel. quis po-  
test vel intelligere vel exponere. **Quo:** vni-  
primus non prophetiam videtur mihi texe-  
re sed euangelium. **Secundus** virgam nu-  
ceam et ollam succensam a facie aquilonis:  
et pardum spoliatum suis coloribus et qua-  
druplex diuersis metris necit alphabetu.  
**Tertius** principia et finem tantis habet ob-  
scuritibus inuoluta vt apud hebreos ip-  
se passus cum exordio geneleos ante annos  
triginta non legantur. **Quartus** vero qui et  
extremus inter quatuor prophetas tempo-  
rum conscius: et totius mundi philohistori-  
cus lapidem precisum de monte sine mani-  
bus: et regna omnia subuertetem: claro ser-  
mone pronunciat. **Dauid** simonides noster  
pindarus et alcheus flaccus quoq; catullus  
atq; serenus: christu lyra peronat: et in de-  
cachordo psalterio ab inferis excitat resur-  
gentem. **Salomon** pacificus et amabilis do-  
mini: mores corrigit: naturam docet: eccle-  
siam iungit et christum: sanctarumq; nupti-  
arum dulce canit epithalamium. **Hester** in  
ecclesie typo populum liberat de periculo:  
et interfecto aman qui interpretatur iniqui-  
tas partes conuiuij et diem celebrem mittit  
in posteros. **Paralipomenon** liber. id est in-  
strumeti veteris epitome. rarus ac talis est  
vt absq; illo siquis scientia scripturarum sibi  
voluerit arrogare seipsum irrideat. **Per** sin-  
gula quippe nomina iuncturasq; verborum  
et pretermisse in regum libris tanguntur hi-  
storie: et innumerabiles explicantur euage-  
lij questiones. **Esdra** et **neemias**: adiutor  
vitz et consolator a domino: in vno volu: ac

## Prologus in Pentateucū

artantur: instaurāt templum: in uros extruunt ciuitatis: omnisq; illa turba populi redeuntis in patriam: et descriptio sacerdotū leuitarum israel: profelitorum: ac per singulas familias muros: ac turrium opera diuisa: aliud in cortice preferunt: aliud in medulla retinent. **T**ernis me scripturarū amore raptum: excessisse modum epistole: et tamen nō implese quod volui. **A**udiuimus tantum quid nosse quid cupere debeamus: vt et nos quoq; possimus dicere. **C**oncupiuit anima mea desiderare iustificatōnes tuas in omni tempore. **C**eterum illud socraticum impletur in nobis. **H**oc tātum scio qđ nescio. **T**angam et nouum breuiter testamētum. **M**attheus. **M**arcus. **L**ucas. et **J**ohānes: quadriga domini et verum cherub quod interpretatur scientie plenitudo p totum corpus oculati sunt: scintille emicant. discurrent fulgura: pedes hñt rectos: et in sublime tendentes: terga pennata et vbicq; volantia tenent se mutuo sibiq; pplexi sunt et quasi rota in rotam voluuntur et pergūt: quocunq; eos flatus spiritus sancti perduxerit. **P**aulus apostolus ad septem scribit ecclesias: octaua eniz ad hebreos a plerisq; extra numerum ponitur. **T**imotheum instruit ac titum et philemonem pro fugituo famulo deprecatur: super quo melius tacere puto: qđ pauca scribere. **A**ctus apostolorum nudam quidem videntur sonare historiam: et nascentis ecclesie infantiam texere: sed si nouerimus scriptorem eorum lucam esse medicum cuius laus est in euangelio, animaduertimus pariter omnia verba illius anime languentis esse medicinam. **S**acobus: **P**etrus: **J**ohānes: **J**udas: septē epistolas ediderunt tā mysticas qđ succinctas et breues pariter ac longas: breues in verbis: longas in sententijs: vt rarus sit qđ non in earum cecutiāt lectione. **A**pocalypsis iohānis tot habet sacramenta quot vba. **P**aulum dixi: et pro merito voluminis laus omnis inferior est. **I**n verbis singulis mltiplices latent intelligentie. **O**ro te frater charissime inter hec viuere: ista meditari: nihil aliud nosse: nihilq; aliud q̄rere: nōne videtur tibi iam hñc in terris regni celestis habitaculum? **N**olo vt offendaris in scripturis sanctis: simplicitate et quasi vilitate verborum que vel vitio interpretum vel de industria sic prolatae sunt: vt rusticam contionez facilius instruerent: et in vna eademq; sententia aliter doctus: aliter sentiret indoctus. **N**on sum tam petulans et hebes vt hec me

nosse pollicear: et eorum fructus capere in terra quorum radices in celo fixe sunt: sed velle fateor: sedenti me prefero: magistrum rēnuens: comitem spondeo. **P**etenti datur pulsanti aperitur: querens inuenit. **D**iscamus in terris quorum scientia nobis perferret in celo. **Q**uius te manibus excipia, et vt inepte aliquid ac de hermagore tumiditate effundam quicquid quesieris tecum scire conabor.

VIII

**H**abes hic amantissimū tui fratrem Eusebium qui litterarum tuarū mihi gratiam duplicauit: referens honestatem morum tuorum: contemptum seculi. fidem amicitie. amorem christi. **N**am prudentiam et eloquū venustatē: etiā absq; illo ipsa epistola preferebat. **F**estina quiesce: et herenti in salo nauicule funem magis prescinde qđ solue. **N**emo renūciaturus seculo bene potest vendere: que contempfit vt venderet. **Q**uicquid in sumptus de tuo tuleris pro lucro computa. **A**ntiquū dictū est. **A**uaro deest tam quod habet: qđ nō habet. **C**redenti totus mundus diuitiarū est. **I**nfidelis autem etiam obolo indiget. **S**ic viuamus quasi nil habentes: et omnia possidentes. **V**ictus atq; vestitus: diuitie christianorum sunt. **S**i habes in potestate rem tuam vende: si nō habes proijce. **T**olenti tunicam: et pallium relinquendum est. **S**cilicet nisi tu semper recrdstinans et diem de die trahens caute et pedetenti tuas possessiunculas vendideris, nō habet christus vnde alat pauperes suos. **T**otus deo dedit qui se obtulit. **A**postoli tantum nauem et relictia reliquerunt: vidua duo era misit in gazophylatium: et prefertur cressi diuitijs. **F**acile contemnit omnia qui se semper cogitat esse moriturum.

**E**xplicit epistola sancti Hieronymi presbyteri ad Paulinum presbyterū. **I**ncipit prefatio sancti Hieronymi presbyteri in pentateucum.

**C**onsiderij mei desideratas accepti epistolas: qui quidam presagio futurorum cum danielē sortitus est nomē: obsecratis vt translatum in latinam linguā de hebreo sermone pentateucum vestrorum auribus traderem. **P**ericulosum opus certe et obrectatorum meorum latratibus patens: qui me asserunt in